UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Communium rerum alienat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

intelligitur prohibita permutatione ad meliorationē, vide Paul. de Caſt. late, ⁊ notabiliter conſi. xvj. Nunquid autem pignus, ⁊ conſtitutio ſeruitutis dicatur alienatio, vide Bald. in c. j. §. j. per quos fiat inueſt. Nunquid autem locatio ad nouennium cum pacto renouandi de nouennio in nouennium, dicatur alienatio, vide que ſcripſi ad Bart. in l. codicillis. §. inſtitutio. de le. ij. item quod pignorare pro tanta ſumma quod veriſimiliter non lucretur poſtea, an dicatur alienatio, vide Bart. in l. qui habebat. ff. de leg. iij.

De communium rerum alienatione. Rub. LII.

LEX II.

MUltum. Ratione partis fiſcus poteſt vēdere totum, ſecus in priuato, hoc dicit, ⁊c.

Rem alienam gerentib. non interdici. Rub. LIII.

LEX VNICA.

NOn eſt. Not. quod licet domino alienare rem ſuam, cum onere tamen ſuo. hoc dicit.

De pact. inter emp. & vend. Rub. LIIII.

LEX I.

SI ea lege. No. verbum pertinere ⁊ vide gl. ſuper hoc verbo. de quo facio magnum feſtum in materia ſubſtitutionum. No. quod † verbū pertinere, *eſt verbum obliquum, nam exponitur pertinere id eſt, reſtituere. De hoc in l. j. ff. de dona. ego tamen teneo quod ſit verbum commune, vt plene dixi in l. centurio. de vul. ⁊ pupi.

ADDITIO

CLAV. DE SEISS. Pertinere. Nota de iſto verbo pertinere, quod licet latam habeat ſignificationem, l. verbum pertinere. ff. de verb. ſignifi. tamen refertur ad illud quod ſpectat ſpe etiam deducibili ad actum, vt eſt gl. iuncto text. in l. ſi poſthumus a primo. in gl. iij. ff. de liber. ⁊ poſthu. quam ad hoc ponderat ibi Franciſ. de Aret. Adde eundem conſil. vj. in ij. dub.

LEX II.

1 Actio preſcriptis, poteſt cum alia concurrere, quando ex diuerſis fontibus habet originem.

2 Pactum incontinenti appoſitum actionem veterem informat, ⁊ nouam parit preſcriptis verbis.

3 Jus implendi conditionem in contractu, an tranſeat ad heredes.

a **SI fundum.** [a] Hec eſt bona lex. Actio † preſcriptis verbis poteſt concurrere cum ali a quando ex diuerſis fontib. habent originem, hoc dicit. vide gloſſ. ſuper verbo ſic ergo. Et primo no. quod dixi tibi in ſummario. Ex quo habes expreſſe † pactū incontinenti appoſitum, actionem veterem informat, ⁊ nouam parit preſcri. ver. de quo plene dixi in l. iuriſgē. §. quinimmo. ff. de pact. ⁊ §. de pact l. in bonefidei. † Not. ſecundo, quod ius implēdi conditionem in contractu, tranſit ad heredes, ſecundum gloſſ. hic poſitam que dicit, hoc non fuit neceſſe dici. In contrarium videtur text. in l. ſi decem cum petiero. de verbo. oblig. ⁊ quod dixi in l. qui Rome. §. Augerius. eo. tit.

ADDITIO.

a Si fundum. Circa deciſionem huius legis loquentem de pacto de retrouendendo an facta oblatione pretij transferatur retro aliquod dominium. Et quid ſi res eſſet in alium tranſlata oblatione, Pau. de Caſt. tenuit quod ſic non obſtante alienatione in alium facta in l. ſi cum venderet. ff. de pig. act. Sed in contrarium vide omnino Alex. late in conſi. x. incip. videtur fortaſſe per totum in j. parte. Et vide omnino Franciſ. Cur. conſi. xij. incip. lucius Titius. vbi in prin. alia allegat pro opi. Paul. de Caſt. ſecus tamen eſſet in pacto l. commiſſorie, ⁊ adictionis in diem, vt per Alex. in d. conſil. x. ⁊ etiam Cur. in d. conſil. xij. Item vide Alex. in apoſtil. in l. j. ff. de dona. in verſi. ⁊ tene menti ad fi. qui dicit quod dictum Pauli eſt periculoſum. Item vide eundem Paul. qui aperte ſenſit contrarium in iſta l. ij. quam legit cum prima in ſummario, ⁊ pro declaratione text. ad l. ſi cum venderet. vide per Alexand. ⁊ Cur. in dictis conſilijs. Et alio modo reſpondet Saly. in dic. l. cum venderet. quem vide. Tu potes aliter, ⁊ ſubtiliter reſpōdere, quod ibi ſit pactum iniectionis manuum, dum dicit recipere liceret, quo caſu bene operatur tranſlatio dominij. l. ſi quis ſub hoc. ff. de contrahen. emp. vbi ſimile pactum ponit glo. ⁊ ali de hoc in l. traditionib. C. de pactis. in l. ſi abſente. §. j. ff. de acq. poſſ. Et iſtud eſt forte quod voluit Sali. in d. l. cum venderet. in ij. ſol. Super quo tamen aduerte quomodo pactū tale id operetur vt habetur in dictis locis. Et contra Paul. de Caſt. in d. l. ſi cum venderet. tenet etiam Jaſ. in l. ab emptione. ff. de pact. Item circa intellectum huius legis vide omnino Aret. in conſi. vj. Item contra opin. Paul. de Caſt. in d. l. ſi cum venderet. ⁊ opin. Alex. in d. conſi. x. ſequuntur Moder. Bonon. in l. filiuſfamilias. §. diui. verſic. quinto fallit. ff. de leg. j. Quid autem ſi emens ſciret de pacto an tunc valeret, vide que dicit Jaſ. in l. quoties. C. de rei vendi. in ix. fallētia. per quem videtur idem in caſu iſto quod in illo. Itē quid erit in fructib. ſi venditor velit redimere fructib. pendentibus, an in totum ſint ſui. an debeāt diuidi cum emptore, vide not. Alex. poſt Com. in l. qui Rome. ad finem princip. de verb. obli. Et ibi vide Soci. late concludentem contra Alex. ſequendo opinionem Com. cum quadam diſtinctione. Item quod ſecus ſit in hypotheca contracta ſuper tali re, q. ſecuta poſtea retro vēditione in executione pacti reſoluitur hypotheca. Vide Barto. in l. vbi autem. §. ſed Marcellus. ff. de in diem addic. in l. ſi res. ff. quib. mod. pign. vel hypothe. ſolu. Item quid ſi in terminis huius legis eſſet ſtatuta dies ſolutioni pretij. an ea elapſa, ⁊ non ſoluto pretio teneretur promiſſor poſtea vendere, vide Areti. in l. ſi ita quis. §. Seia. de verbo. obliga.

LEX III.

QUi ea lege. Hec eſt not. lex. Not. quod verbum reuerteretur, eſt obliquum, ſignificat enim quod res tradatur manu alterius, non q transferatur ipſo iure.

LEX IIII.

a **COmmiſſorie.** [a] Not. quod qui poſt terminū petit rem, videtur renunciare petitioni pene, quod intellige. niſi eſſet dictum, rato manente pacto, vt ff. de trāſ. l. qui fidē. ⁊ iſtud eſt notabile ad multa, ⁊c.

ADDITIO.

a P. PAV. P. Commiſſorie. Vide Rom. conſil. xxvij. in iiij. dubio, ⁊ vide Alex. conſi. cx. vol. v. vbi per hanc l. dicit, quod qui poſt rem ſibi in ſolutum datam, petit ſibi ſolui creditum, propter quod ſibi facta fuerit in ſolutū datio, videtur ipſi in ſolutū dationi renūciare.

LEX VI.

CUm te fundum. Iſta eſt notab. l. In contracti. nominatis eſt locus condictioni ob cauſam, ſi non ſeruetur pactum, quod principaliter dedit cauſam cōtractui. hoc dicit, hec ſingularis lex.

a No. hunc caſum. [a] contrarium ſolui vobis ponēdo caſum, quod perpetuo tene menti.

ADDITIO.

a P. PAV. P. No. hunc caſum. Per iſtā l. limita Bart. in l. fi. ff. de condi ob cau. in l. j. ff. de do. ⁊ in d. l. fi. idem tenet.

LEX VII.

SI a te comparauit. Ad actionem conſequendam, nō ſufficit ſola oblatio, ſed requiritur depoſitio, ⁊ conſignatio. h. d. Allegaui hanc in l. acceptam. ſ. de vſu.

LEX IX.

SI quis ita. Valet pactum appoſitum tempore venditionis, ne liceat fundum religioſum, vel ſacrum facere. h. d.

Si ſer. exporta. veneat. Rub. LV.

LEX I

LEge. No. quod pactum valeret, vt ſi cōtrafiat, poſſit quis capere ſeruum ſuū ſua authoritate. De quo pleniſſime dixi in repetitione l. creditores. j. de pigno. quod intellige, vt dicam j. titu. j.

LEX IIII.

MOueor. Talis quis eſſe preſumitur, in quali poſſeſſione, vel habitu reperitur. h. d. ⁊c.

LEX V.

QUi exportandus. Cui interdicitur ciuitas propria, videtur interdicta ciuitas Romana. d. h.

Si mancipium ita veneat. ne proſtitua. Rub. LVI.

LEX I.

PRefectus. Oppon. quod liceat ducere ſua authoritate, vt j. titul. j. l. j. ⁊ ij. Solu. Ibi eſt liquidum, ⁊ manifeſtum tempore ductionis quod